



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. I. De Coadjutoribus tam Spiritualibus, quàm Temporalibus Formatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

etiam in Provinciales ingressi, quocumque titulo, sedere debent, & sententiam dicere post Professos quatuor Votorum, & ante reliquos. †


† Form. Con. Gen. §. 60. & Con. Prov. §. 15.

CAPUT V.

De Coadjutoribus tam Spiritualibus, quàm Temporalibus formatis.

SECTIO I.

*Quinam formandi hoc Gradu.*

1.  xplicato Supremo Professorum Gradu, descendendum est ad alium proximè inferiorem Coadjutorum; ad quem admissi, Coadjutores formati dicuntur: Coadjutores quidem, quia vel in Spiritualibus, vel in temporalibus ministeriis Societatem adjuvant: Formatì verò, quia habent ultimam formam, & terminum sui Religiosi status. <sup>a</sup>

*Cur dicantur Coadjutores formati.*

<sup>a</sup> Paul. III. p. 30. & Greg. XIII. p. 127. & Ex. c. 1. §. 9. & c. 6. §. 1.

2. Ut quis igitur in Coadjutorem formatum admittatur, oportet Societati esse satisfactum de ejus vita, deque bono exemplo, & talentis ad eam juvandam: <sup>b</sup> & de

*Quinam formandi.*

<sup>b</sup> P. §. c. 1. §. 4.

ipsis æquè, ac de Profelsis, tanquam certum ducitur viros spirituales futuros; & qui sic in via Christi Domini profecerint, ut per eam currere possint. e

e P. 6. c. 3. §. 1.

Quoto anno.

d Or. c. 18. p.

1. §. 5. & p.

2. §. 11.

e C. 12. D. 14.

& Ord. c. 18.

p. 2. §. 11.

f Ex. c. 1. §. 12.

& p. 5. c. 2. §.

4. & Greg.

XIV. p. 281.

Quid speciale in Coadjutoribus spiritualibus prærequiratur.

g Paul. III. p.

30. & Ex. c. 6.

§ 1. 2. & Or. c.

18 p. 1. §. 5. &

P. 8. c. 1. §. 2.

3. Tempus hosce proponendi ad Gradum dispar olim fuit inter Coadjutores spirituales, ac temporales: nam illi citius proponebantur. d Jam verò pro utrisque consuetudo pridem introducta retinenda est; ut non promoveantur ante trigessimum expletum ætatis annum, & decimum ingressus in Societatem. Id tamen commendatum est P. N. citra novam obligationem, aut necessitatem ad valorem Votorum. e Ceterum is etiam Gradus poterit, cum Generali, aut ab eo delegato visum fuerit, prorogari. f

4. Quæ verò præstanda sunt per Superiores in exquisendis, mittendisque informationibus ad Generalem, indicavimus supra Cap. 2. Sect. 1. Hic tantum addere oportet 1. In Coadjutoribus Spiritualibus, ut non requiritur eximia illa doctrina, quam in Profelsis quatuor Votorum expetimus; ita ipsi in suo genere selecti esse debent, & literis sufficienter ornati, ad juvandam Societatem in rebus spiritualibus; scilicet in audiendis confessionibus, in exhortationibus, Doctrina Christiana, & literis edocendis. g

Quare

Quare Scholastici in Collegiis, insti-  
tuendi ad hunc Gradum, post humanio-  
rum literarum studium, & compen-  
dium Dialectices, Casus conscientiae audire  
tantum debent; b & post haec studia ter-  
tiam Probationem peragent, antequam  
formentur. i A qua Probatione eximun-  
tur, qui studiis in Societate operam non  
dederunt. l Omnes vero suscepturi hunc  
Gradum Sacerdotes sint. m

hP. 4. c. 5. D.  
& C. 2. D. 69  
& C. 13. D. 16.  
i Ex. c. 4. §. 16.  
& R. Prov. 68.  
& Or. c. 3. tit.  
1. §. 1.  
l C. 8. D. 9.  
m Paul. III. p.  
30. & Ex. c. 6.  
§. 1.

5. In Informationibus pro Coadjutori-  
bus temporalibus formandis omittenda  
plura sunt, quae ad Sacerdotes pertinent:  
& praeter tria prima Capita interrogatio-  
num sufficit attingere, quae ex Part. 1.  
Cap. 2. §. 2. Constitut. designantur: an  
scilicet sint bonae conscientiae, quieti, tra-  
stabiles, amatores virtutis, sorte Marthae  
in Societate contenti, & similia congruen-  
tia eorum statui. n

Quid in Tem-  
poralibus.  
n Or. c. 18. p.  
2. §. 11.

6. Neutris autem, vel Spiritualibus, vel  
Temporalibus Coadjutoribus licet recusare  
oblatum Gradum: o ut distinctius exposi-  
tum est, cum de promissione illa ingre-  
diendi Societatem ageretur, Bart. 1. C. 6.  
Sect. 7. §. 2.

Non licet detre-  
ctare Gradum.  
o C. 5. D. 50.  
§. 1. & C. 7.  
D. 32. & Cl.  
c. 6. §. 9.

